

NUMMI MEMORIÆ SACRI AC

TRIUMPHALES

CVM STATVVM BELGII, RENOVATO

inter se fœdere : tum Mauritiij Nassovij, partâ ad

Tornhautum victoriâ, oppidisque aliquot

receptis : Anno Christi

1596 & 1597.



Amiliare ac tralatium erat Belgicis ordinibus, fune ætius contorto, seu Nodo quodam Gordio adumbrare: quam solido inter se fœderis ac societatis vinculo colligati, ad mutua ferenda auxilia, rebus sic poscentibus; teneantur. Characterem similem nummus præfixus refert; quem licet anno superiore percussus sit, hic apponere placuit. Monent namque Belgæ hoc symbolo, vix fieri posse, ut divellantur eorum animi, aut vires supprimantur: qui servitutem lethopeius oderint: proq; patriâ, causaq; bonâ mortem oppetere pulcherrimum esse augurium arbitrentur. Hoc certè animo Princeps Mauritius sub initium anni 1597. ad facinora nova, Belgis suis edenda, se accingit.

